

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


Parabola De Operariis In Vineam Conductis, Ex Matth. XX. vers. 1--16. Enucleata

Pfaff, Johann Christoph

Tubingae, 1718

VD18 14078112

[urn:nbn:de:bsz:31-130456](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130456)



60 A 2691,1

EX
BIBLIOTHECA
ILLUSTRIS
CAROLI HESYCHEI.

657/23

PARABOLA
DE
OPERARIIS
IN VINEAM
CONDUCTIS,
Ex Matth. XX. vers. 1--16.

Enucleata,

&

ΣΥΝΘΕΩ,

Ac

PRÆSIDE,

JOH. CHRISTOPHORO
PFAFFIO,

S. Th. D. & Professore P. O. Ecclesiæ
Tubingensis Decano, ac Stipendii Theologici
Superattendente,

Ad disputandum proposita,

L. Hq; consuevis

D. Septembr. Anno M DCC XVIII.

A RESPONDENTE

M. Johann Gottfried Immermüller/
Tubing. Theol. Stud. Seren. Stip.

TUBINGÆ, LITERIS HIObI FRANCKII.

(1718)

PARABOLA
DE
OPERARIIS
IN VINETAM
CONDUCTIS
Ex Matth. XX. vel. 1-16.


Buchhandlung
ZYNBERG

PRÆSIDI
JOH. CHRISTOPHORO
PFAFFIO
S. Th. D. & Professori P. O. Ecclesie
Tubingensis Decano, ac Superintendenti Theologiae
Suppliciter

et vobiscum
L. H. P. conscribit
d. Spem. Ann. M. DC. XXIII.
A REVERENDO
M. Johann Baptist Schrammiller
Tubing. Theol. Stud. Sec. sup.

TUBINGÆ, PARS HONI FRANKII

02



PROOEMIUM.

Parabolas non esse ex toto argumen-
 tativas, nec ultra scopum compa-
 rationisque tertium quod de-
 mum *ἀπόδειξις* pandit, extendendas
 esse, edocent S. Patres. Sic enim Augusti-
 nus lib. XVI. c. 2. d. Civ. Dei: *Non sanè omnia,
 qua gesta narrantur, aliquid etiam significare pu-
 tanda sunt, sed propter illa, qua aliquid signifi-
 cant, etiam ea qua nihil significant, attextuntur.
 Solo enim vomere terra proscinditur, sed ut hoc fieri
 possit, etiam cetera aratri membra sunt necessa-
 ria. Et soli nervi in citharis atque hujusmodi va-
 sis Musicis aptantur ad cantum, sed ut aptari pos-
 sint, insunt & cetera in compaginibus organorum,
 qua non percipiuntur à canentibus, sed ea, qua per-
 cussa resonant, his connectuntur. Ita in prophe-
 ticâ historia dicuntur & aliqua qua nihil signifi-
 cant, sed quibus adhaerent, qua significant, &*

Simile 1.

Simile 2.

A 2

quo-

quodammodo religuntur. Tom. V. f. m. 869. Speciatim ad parabolam de operariis in vineam conductis Matth. XX. scribit Chrysoſtomus, Homil. LXV. *In parabolis non oportet nimia in ſingulis verbis curâ perangi. Sed cum, quid per parabolam intendat Chriſtus, didicerimus, inde utilitate collectâ, nihil ulterius anxio eſt conatu inveſtigandum.* Tom. II. f. m. 365. Quod nec Pontificii negant, Bellarm. c. III. d. Beatiſſ. Sanctoꝝ. T. II. f. 683.º Corn. à lapid. in præf. Evang. f. 24. & Cornel. Janſ. c. 79. & 87. Conc. Ev. f. 584. & 626, qui nihilominus in hac ipſâ parabolâ voces operariorum, mercedis, conductio- nis, juſti, &c. pro operum meritis urgent, quæ ſingula tamen ab ipſo parabolæ ſcopo abhorrent. Scopus enim illius non eſt (1.) operibus tribuere vitam æternam, in hæc enim nec murmurantes dantur, nec invidi, nec oculus malus. Nec (2.) Deo aſſerere proceſſum abſolutum, allegantur enim rejectionis cauſæ, tenacitas, invidia, murmur. Nec (3.) vocationem conſtituere duplicem, hæc enim effi- cax fuit apud omnes, v. 5. ſed (4.) hic parabo-
la

læ scopus, quem versu statim primo conjun- //
 ctio ratiocinativa γὰρ prodit, est dicta & facta, //
 proximè autem epiphonema capitis præce- //
 dentis illustrare eventumque Gratia cum e- //
 ventu culturae illius vineae conferre, id est, //
 docere, mercedem non dari ob laborem, sed //
 ex liberrimâ liberalissimaque Dei gratiâ ac //
 promissione. Adeoque scopus nondum hîc //
 rutilat in *νεστρωσι*, sed in *δαδωσει*, ubi demum pri- //
 mi fiunt ultimi. Nec trahenda ad hunc sco- //
 pum, nec argumentativa sunt reliqua, quæ tan- //
 quam emblemata tantum ac filamenta orna- //
 tus ac connexionis gratiâ interferuntur, queis //
 ne quâ parte hient, parabolæ futuræ com- //
 mittuntur. Si enim argumentativa essent //
 singula, operarios suis mereri viribus, nec ante //
 pactum Hero fuisse obligatos sequeretur. //
 Hinc, ne ipsi quidem porismata in *νεστρωσι* //
 exegefi obvia ulli pro argumentativis obtru- //
 dimus, sed illa tantum, quæ ex parabolâ hâc, //
 & contra scopum ipsius, & contra fidei analo- //
 giam elicere Adversarii allaborant, in sequen- //
 tibus proscribemus, de quibus *τ. θ.*

A 3

Ca-

Caput XX. Matthæi

¶ I.

Π *Πότασις* parabolæ ita se habet: Simile enim non ex lege factorum, uti Math. XIX, 16. ἀρχὸν ille ¶ 16. nec non ¶ 27. ipse Petrus putarunt, sed ex lege charitatis & incomparabili liberalitate procedit Patrifamilias cœlestis. Sic τὸ γὰρ innuit antecedentia dicta & facta hâc sequenti parabolâ illustrari. regnum audit Ecclesia N. T. tùm ob latitudinem, quâ synagogam unius tantùm familiæ longè excedit, tùm ob jugi servilis excusationem. Actor. XV, 10. Gal, V, 1. cœlorum gratia putra regnum, in quo labor adhuc æstus atque murmur. homini i. e. per hypallagen vineæ hominis. conf. Matth. XIII, 24. 38. Patrifamilias *Φιλανθρώπων* conf. Syr. IV, 34. ipsum Filium hominis inielligit Tarnov. de Trinit. p. 868. qui exivit in verbo, summo mane conf. 2. Pa. XXXVI, 15. Coh. XI, 6. Cant. VII, 12. Syr. XXXIX, 27. 28. 31. conductum, & vocatio est necessaria & salaria sunt licita. operarios per hos vitibus contradistinctos intelligunt Ministros Ecclesiæ, imò XII. Apostolos Christum sequutos c. XIX, 27. 28. Hilarius, Irenæus, Chrysostomus, Franz, O, p. 405, & Dorſch. Th. Zach. I. p. 148. Omnes Christianos fidem operantes, Joh. VI, 29. Origenes, Augustinus & Gerhard L. d. Minist. f. 18. Si vocem operarii ultra scopum parabolæ extendas, Pelagio concedes vim in operariis naturalem omnique vocatione anteriorem,

riorem, dein in vinea operari possum & gratis. in
 jure & creationis & redemptionis & sanctificationis suam
 conf. Psal. C. 3. Cant. VIII, 12. Eph. V, 25. 26. 27. vineam.
 Ecclesia in his terris commodè comparatur cum vineâ in
 structurâ Jes. V, 1. 2. Matth. XXI, 33. culturâ P. LXXX,
 9. 10. 11. 12. Cant. II, 13. VI, 10. Jes. XXVII, 2. 3. Jer. II, 21.
 Joh. XV, 1. 2. pressurâ. Jes. LIV. 11.

¶ 2.

Factâ Evangelicâ, quæ in promissione potius quàm
 debito fundatur, conventionem non legali, labores per-
 fectos requirente, merces aliâs proportionaliter pro di-
 versitate laborum fuisset distribuenda, ac ex debito, sed
 æqualiter diversis cessit denarius, & ex gratiâ, ¶ 25. no-
 stri enim labores sunt antecedenter ad omnem conven-
 tionem debiti, Luc. XVII, 10. vita autem æterna & post
 illam est χάρισμα. Rom. VI, 23. vid. nor. Matth. V, 12.
 Quinimò ad scopum ac ἔκδοσιν hujus parabolæ nondum
 pertinet conventio, sed distributio, ubi per catastrophem
 demùm primi fiunt ultimi, v. 8. 16. cum operariis de-
 nario argenteo, qui nummus Romanus valebat X. cru-
 cigeros, uti drachma apud Græcos, vid. in Ezech. Vil-
 lalp. f. 345. 353. & Hafenreff. f. 79. in diem totum, sed
 ubi est is, qui diem laborat totum præter Christum, sic
 conventio conceditur fuisse legalis, ac respondere dicto
 legali, Matth. XIX, 17. misit eos in vineam suam,
 statim ac eos conduxit. Tam maturè Judæi in vineam
 mittebantur laboraturi.

¶ 3.

7. 3.

Et egressus circa horam tertiam ab ortu solis, adeoque non æquinoctialem hinc horam intelligas, sed *καίρικην . καιρικη* dicebantur, quæ pro ratione τῆς καιρικῆς variabant & aliis anni temporibus longiores, aliis breviores erant. Quilibet enim dies in XII. æquales partes dispescebatur, longior in longiores, brevior in breviores. Joh. XI, 9. Hic ergo ἡ τρίτη ὥρα ab ortu solis numerata pro ratione temporis verni, quo in vineâ laborati solet, cum nostrâ nonâ quàm maximè convenit. Si horarum diversitatem ad diversas *μακροκόσμη* epochas referas cum Ireneo lib. IV. c. 70. ultimi erunt Patriarchæ, sin ad diversas *μικροκόσμη* ætates cum Hieronymo, ultimi erunt Jeremias, Johannes B. &c. vidit ut Matthæum in telonio Matth. IX, 9. & sub ficu Nathanielem, Joh. 1, 48. alios conf. Job. XXXIV, 21. stantes conf. ps. CXXXIX, 2. 3. in foro negotiis maximè destinato. Ez. XXVII, otiosos, quales & *Αλιανος τῆς ἐς ταῖς ἀγοραῖς ἀποκολάζοντα* vocat, hi tamen ad locandam suam erant operam parati. Quos verò hodiè laborant, sed tædio laboris? prov. VI, 9. nec hi tamen Dei oculum effugient specialissima quæque consequentem. ps. LVI, 9.

7. 4.

Et dixit eis otiosos inter alia vocatio ad laborem eeu celestis excitet. prov. VI, 6. ite & vos in vineam meam Ministri Ecclesiæ sunt Collegæ ab uno eodemque vocati Hero & adidem opus, utut primos cum certo is miserit pacto, aliis vero æquum promiserit præmium,

mium, dicens: & quod æquum est, *δικαιον* ad
αρετων pertinet, nec trahendum in *εκδοσιν*, nisi
 quatenus DEUS in nullâ suâ dispensatione unquam
 exercet injustitiam. Nec justum semper ad justitiam di-
 stributivam spectat, Phil. 1.7. sed sæpius notat æquitatem,
 Act. IV, 19. II. Pet. I, 15. veritatem, Pl. CXLIII, 1. miseri-
 cordiam, Pl. LI, 16. **dabo vobis**, nec fraudabo vos sti-
 pendium, quod promisi, modò fidei meæ committite
 operæ vestræ pretium. *Æquum* ita est, sua Ministris sol-
 vi salaria. Matth. X, 10. I. Cor. IX, 7. 9. 10. 13. 14.

γ. 5.

Illi autem abierunt: Tam seriò & efficaciter vo-
 cantur & reprobi, qui tamen in regno cælorum erunt ul-
 timi, quod contra Reformatos observandum, qui effica-
 citer vocari cunctos pernegant in Synod. Dor. dr. I, p. 411.
 595. II. p. 40. & Molinæus in Annot. Arm. p. 308. **Ite-
 rum autem exiit circa sextam** quæ meridiana, fest &
 nostræ duodecimæ responderet, & nonam horam, quæ
 pomeridiana cum nostrâ tertiâ coincidit, & fecit simi-
 liter. Vocatio toties repetita cui in speciem tantum facta
 minusve seria videri posset? conf. Job. XXXIII, 29. Jes
 LXV, 2. Matth. XXIII, 37.

γ. 6.

Circa undecimam verò s. diei penultimam, De
 nullius salute itaque in hoc ævo desperandum, cum cu-
 jusvis vocationi serixque pœnitentiæ circa horam quo-
 que penultimam locus adhuc esse queat, ut e. g. latronis,

B

exiit

exiit, diversis ita vicibus atque horis, Gen. XVII, 1. Deut. XXXIII, 2. Jer. XXX, 21. Luc. XXIII, 42. & invenit alios nondum in vineâ sed in foro seculi, ubi aliàs fervet opus, stantes, qui tamen ad negotium nati atque proni, & dicit eis: aded tum pro operariis, ne diem otio transigerent, tum pro vineâ sollicitus erat Pater familias, ut postremam quoque horam benè locatam voluerit. **Quid hic statis totâ die otiosi?** Quod caret alternâ requie durabile non est, totos verò otiosi dies pernitium,

ÿ. 7.

Dicunt, ei ad se purgandum ac excusandum, si non in totum, tamen in tantum, ut Jephthe, Judic. XII, 2. 3. David I. Sam. XVII, 29. XX, 6. 28. Achimelech, XXII, 15. quia nemo nos solenniter conduxit, uti forte Ammonitæ Syros, 2. Sam. X, 6. Micha Levitam, Judic. XVIII, 5. & Balak Bileamum, Num. XXII, 7. non aded ignavi sumus, sed conductores defunt. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Tam ultimi, (Doctores & Pastores) quam primi (Prophetæ & Apostoli) divinitus sunt vocati, Eph. IV, 11. Supremus enim Herus operarios in messem suam mittit, quamdiu illa durat, durabit autem non tantum ad horam undecimam, sed ad seculi usque consummationem. Matth. IX, 38. XIII, 30. 39.

ÿ. 8.

Factâ autem vespërâ, defatigatis diurno labore &

& æstuoperariis exoptatissimâ, Job. VII, 2. Hæc nec scopo servit, nec capiti præcedenti respondet, adeoque nec argumentativa est, nec judiciorum particularium exclusiva, nisi ante mundi finem velis beari neminem & nequidem circa undecimam vocatos, sed animas separatas eo usque dormire, quod Psychopannychitarum fuit somnium, dixit Dominus vineæ procuratori: Christo, juxta Gerhardum, voca operarios, Nemo exeat statione suâ nondum jussus, & da ipsis ἀποδέναι redditur infra per simplex δέναι, v. 14. adeoque non ubivis meritum debitumve supponit, conf. Luc. IX, 42. sed & alibi idem est, ac simplex δέναι, Matth. XXVII, 58. Act. IV, 33. & stare promissis. Deut. XXIII, 31. mercedem impropiam, eandem quippe ac æquæ totam, adeoque disproportionatam diversis inæqualiter fatigatis, vid. not. Matth. V. 12. Christum intelligit Lyserus. Operariis, vid. not. v. 1. uti donativum datur militibus non militiæ, sic nec Dominus mercedem dedit operibus, sed operariis, & servis, quos omnibus præstitis se ramen profiteri inutiles oportet. Luc. XVII, 10. Idem de Patrefamilias notavit & Ambrosius lib. 1. d. Vocat. Gent. c. 5. *Non labori pretium solvens, sed divitias bonitatis suæ in eos, quos sine operibus eligit, effundens, ut etiam ji, qui in multo labore sudarunt, nec amplius, quàm novissimi acceperunt, inselligant, donum se gratia non operum accepisse mercedem.* Tom. II. f. m. 13. exorsus nullâ ordinis & prærogativæ meriti habitâ iuter eos ratione, ab ultimis qui ob promissionem v. 7. & non ob conventionem, ut primi, v. 2.

abierant, & laborant horam vix unicam, & ne hanc quidem viribus suis s. connatis, usque ad primos. DEI Gratia est universalis præteritque neminem, Matth. V, 45.

7. 9.

Cum venissent ergo ultimi qui circa undecimam horam venerant, primi acceperunt gratis ac immeritò singulatim (talem habet significatum ἀνὰ & Apoc. XXI, 1.) quisque denarium, conf. Ex. XVI, 18. Loco hoc, quo denarius æque omnibus cessisse legitur I, futuros gloria gradus oppugnant P. Martyr, in Luc. XVII, & 1. Cor. XV. Camero, prælect. f. 93. & alii apud Spanhemium in Dub. Ev. III. p. 762. At parabola ne sic quidem argumentativa est. Nam & murmurantes, & invidi denario mactabantur, quo tamen minùs contenti πλείονα speraverant, v. 10. Vita autem æterna bonum est ἀνταρξέστατον, plenissimè exsatians, Pl. XVII, 15. quo majus nec expectari potest, nec ulli s. murmurantes s. lividi potentur. Posito tamen, non concessio, quod denarius h. l. vitam referat æternam, plus inde non sequitur, quàm quòd eadem quoad essentiam gloria beatis sit omnibus communis, quàm tamen diversi lucis gradus non absorbentur, de quibus scitè & Augustinus d. Sanct. Virgin. c. XXVI. *In ipsa vitâ æternâ distincta fulgebant lumina meritorum, multa sunt mansiones apud Patrem, ac per hoc in denario quidem non impari non vivet alius alio prolixius, in multis autem mansionibus honoratur alius alio clariùs.* Tom. VI. f. m. 822.

7. 10.

ŷ. 10.

Venientes autem post ultimos horâ penultimâ
 vocatos, & primi ante illos jam vocari, qui tamen non
 S. Patriarchæ, hi enim non murmurarunt, nec evaserunt
 ultimi, sed potius νομῶδισται, qui Phariseo respondent
 operibus confiso à juventute suâ, Matth. XIX, 20. exi-
 stimarunt, quòd plus essent accepturi. Vita
 autem æterna est summum bonum, quo plus optari ne-
 quit, sed plenissimè exsatiabimur omnes, Joh. XIV, 8. Hanc
 ergo per πλείονα insatiabiles mercenarii intellexisse ne-
 queunt. & acceperunt singulatim Deus mercedem
 dabit non nisi operatis, & cuiq; quidem secundùm opera sua
 Ps. LXII, 13. Matth. XXVI, 27. Eph. VI, 8. Ap. XXII, 12. Nec ta-
 men electio est ex operibus, aliàs primi non evasissent ulti-
 mi, nec vicissim postremi facti fuissent primi. **denarium,**
 Hic denarius est ipse Christus, juxta Lyserum, H. E. f. m.
 1377. quæcunque gratiosa retributio donorum tum tem-
 poralium, tum spiritualium, & reprobis, & electis cedens,
 juxta Gerhardum, L. d. vitâ ætern. §. 131. f. m. 343. Calo-
 vium, f. 375. Dannenhauerum, Hod. Calv. p. 501. jus &
 spes vitæ æternæ juxta Hopffnerum d. Justif. p. 950. Quin
 & omne id, cujus exhibitione eliciuntur per accidens ho-
 minum fastu operum tumentium judicia, Divinæ Gratiæ
 impatientia, juxta Dorsch. d. Denar. Vespert. §. 8. Vi-
 detur quidem Denarius respondere vitæ æternæ supra pro-
 missæ. c. XIX, 28. nec tamen significat illam, quod ipsum
 exceperunt murmura, quæ in altero seculo compescen-
 tur. Ps. XXXI, 18.

B 3

ŷ. 11,

Y. II.

Et accipientes Vitæ æternæ portio est nec murmurantium nec invidiorum murmurabant hoc murmur respondet Pharisei dolori, Matth. XIX. 22. Petri que querelæ. v. 27. adversus adeò liberalem Patrem familias, ac si liberalitate suâ ergà ultimos exercitâ insignem primis fecisset injuriam. Præstat verò adversus peccata murmurare & quidem sua, Thren. III. 39. quàm adversus Patrem cælestem. conf. Rom. IX, 19.

Y. 12.

Dicentes primi : isti ultimi unam tantum horam cujus nulla proportio ad diurnum s. laborem s. denarium, fecerunt opus (ellipsis est nominis conjugati ex verbo eruendi, qualis est & Num. XI, 14. Pl. LXXVI, 12.) Si hi horâ tantum unâ præstitissent, quantum toto die primi, his nullius invidiæ ansa superfuisset, sed ignaviam potius Paterfamilias objecisset, & pares nobis illos fecisti. Sic denarius diurnus ex gratiâ cessit unius tantum horulæ operariis, qui portavimus, Hæc jactantia longiorem quidem moram dicit in vineâ, sed non in Patrifamiliâs observantiâ. pondus diei, quod respondet laboribus activis Pharisei. c. XIX, 16, 20. & æstum, qui respondet laboribus passivis Petri & Apostolorum v. 27. utrinque jactatis. Tale est mercenariorum ingenium, ut merita extollant sua. Matth. VII, 22. XIX, 20. alios verò contemptu angant, Luc. XV, 2. XVIII,

XVIII, 9. 12. XIX, 7. & invidiâ, Luc. XV, 28. quin imò cum ipso Hero expostulent, Job. XXXI, 2. Jcf. LVIII, 3. Mal. III, 14. 15.

¶. 13.

At ille respondens Pater familias uni eorum præ omnibus, & illi fortè, qui præ cæteris impatientem se gessit, uti e. g. Petrus, cujus gloriolæ c. XIX, 27. hæc parabola est opposita, dixit: **Amice** ita & Græci & Latini quævis forte obvium compellare solebant, præsertim Rex hospitem veste nuptiali destitutum. Matth. XXII, 12. suumque Proditorem ipse Christus, Matth. XXVI, 50. **non facio injuriam** Non procedit Maldonati consequentia: Herus primis non fecit injuriam, E denarium fuerant meriti, nec enim ultimis injuriam fecit, queis tamen denarium non debuit, nedum integrum, tibi, huic inertiam potius ac segnitiam Dominus objecisset, si labores omnium agnovisset æquales. **nonne pactus es denario?** Hæc conventio in *πραΐσι* subsistit, nec recurrit in *ἀποδόσει*, nec ad principalem Parabolæ scopum facit, hinc argumentativa non est.

¶. 14.

Tolle, quod tuum ex tuis laboribus partum est, atqui nihil est nostrum, nisi quod perditionis meritorium, **& abi in perditionem, volo autem & huic novissimo**

viffimo dare, sicut & tibi, mei hoc est arbitrii, ut dispensare queam pro lubitu, ut te non defraudem mercede debitâ, & aliis benignitatem impertiar liberrimè. Ità Augustinus quoque lib. II, d. Bon. Persever. c. 8. *Numquid audiverunt murmurantes à Patrefamilias, nisi hoc volo? Ita quippe ejus erga alios nulla esset iniquitas. Et isti quidem utriusque in bonis sunt, veruntamen quantum ad Justitiam spectat, & gratiam potest, & de reo, qui liberatur, rectè dici: volo; potest & de eo, qui damnatur: Tolle, quod suum est, & vade; huic autem volo, quod non debetur, donare. Annon licet mihi facere quod volo.* Tom. VII. f. m. 1267.

¶ 15.

Annon licet mihi facere, quod volo, in meis: sc. denariis ac facultatibus. Circa illas E. disponere ultimâque testari etiam voluntate per conscientiam quivis potest. v. B. Oslandri C. C. III. p. 171. Nimis verò hunc locum Turretinus torquet, ut jus inde & dominium in creaturas quoque rationales absolutum, nullâque æquitate limitatum, & planè ἀνυπερδύει vindicet DEO. T. O. M. Part. I. Theol. Elencht. p. 277. ac si is creaturas quoque insontes æternis tradendi flammis polleret facultate, quod defendunt etiam Tvvissus Vindic. f. 178. Amyraldus in Dissert. II. p. 56. & Szydlovius Vindic. p. 144. At verò locus hic actum bonitatis & liberalitatis loquitur, non justitiæ, docetque, quòd herus nihil minùs, quàm jus exercuerit absolutum, sed suo potiùs steterit pacto, v. 2. 3. Nec sequitur: Hero integrum est mercedem & immerentibus, abunde & ultra pactum dispensare. E. fas quoque est, benè meritos mercede fraudare, hujusque loco æterna iis inferre

inferre damna. conf. Gen. XVIII, 25. Jac. V, 4. Ideò autem liberalitas & abundantia Gratix, quã D. T. O. M. exceptit immeritos, ad jus plectendi infontes trahi negat, quod is non tantum bonus est, sed quoque justus, nisi cum malis idolum ἀουσατοis esse divisum attributis, sed *Bonus est DEus, justus est DEus*, inquit iterum Augustinus lib. III. in Julian. c. 18. *Potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia Bonus est, non potest quenquam sine malis meritis damnare, quia justus est.* Tom. VII, f. m. 187. Et ad hanc lucem in mediis suis tenebris evigilarunt inter Arminianos Curcellæus Opp. f. 735. & inter Socinianos Wolzogenius Tom. I, f. 344. b. **an oculus tuus animi latentis proditor, quòd ex corde prodit.** Marc. VII, 22. **nequam i. e. invidus est, torvum videt, Deut. XV, 8. XXVIII, 54, 56. Prov. XXIII, 6. torum corpus obtenebrat, Matth. VI, 22. quin lædit quoque alios. conf. Basilium d. Invidiã. Tom. 1. f. m. 339. Del Rio Part. I. Adag. p. m. 132. 133. & Mart. d. Roã Part. I. Singul. p. 58. quod Ego sum E. Christus est verus DEus Matth. XIX, 17. bonus, non dicit justus, quod ex tam liberali bonorum dispensatione bonitas potius quàm justitia relucet.**

¶ 16.

Sequitur parabolæ ἀπόδοσις, quæ juxtim versùs in præcedente capite ultimi repetitio, Sic uti operarii parabolici, & postremi, qui labore unius horæ in simplicitate defuncti, suoque præmio contenti, die **Snadens Diener/erunt** ob fiduciam in bonitate ac promissione Patrisfamilias positam, v. 4. **primi, die Liebste/ & suã præsumptione**

sumtione primi ante multos alios singulariter vocati, **dis**
murrende **lastträger** / erunt ob vanam tantorum meri-
 torum opinionem, quibus gloria liberalitatis divinæ de-
 minuitur. Rom. III, 23. 24. 28. VI, 2. XI, 6. **postremi**
 in rei veritate, primatuque, quem spe jam devorant,
 per *νομοδελείαν* excidunt, e. g. postpositi ita sunt Pharisei
 publicanis. Matth. XXI, 31. & peccatrici, Luc. VII, 44.
 Delatores adulteræ, Joh. VIII, 7. & Judæi Gentibus.
 Rom. IX, 30. 31. 32. XI, 7. 12. 25. nam particula γὰρ h. l.
 illativa est, non causalis, acsi, quod postremi fiunt primi,
 & hi vicissim ultimi, in causâ esset absoluta quædam præ-
 destinatio, primi enim evaserunt non nisi qui in vineâ
 laborarunt, nec reprobati sunt, nisi invidi ac murmu-
 rantes. **multi** hæc vox aliàs ab omnibus atque paucis præ-
 scindit, **vocati**, serio, participialiter, ac efficaciter, i. e. cum
 eventu, s. obsequio singulis horis subsecuto, v. 5. uti &
 Matth. XXII, 4. 8. 14. κλητοὶ & κεκλημένοι, promiscuè le-
 guntur, conf. Matth. XXVIII, 19. **pauci** adeoque non
 omnes, uti Hubero visum, **sunt** non absolutè, sed ob
 suas causas, in plerisque ob amorem temporalium, ac *νομο-*
δελείαν, Matth. XIX, 23. 24. 27. ut & ob murmur, ac invidiam
 c. XX, 11. 12. **electi** participialiter ac finaliter. Uti
 enim DEUS ex LX. Myriadibus vix duos introitu terræ promissæ
 dignatus est; Uti Gideon ex XXXII millibus legit
 CCC tantum milites; uti Ahasverus ex pluribus virginibus
 solam adscivit Esther in thorum, sic DEUS quoque
 ex multis paucos ἐξελέξατο. Marc. XIII, 20. vid.

Dorsch. Detect. malæ fid. P. p. 927.

SOLI DEO GLORIA.

Clarissimo Domino M. Respondenti

S. P. D.

P R Æ S E S.

Q Uo maturius accingis Te, atque præparas in vineam Do-
mini, in eò meliorem abibis operarium. Illi verò, quos
vel otium detardat in foro, vel hoc mundi vespere lentisque
vocationum horis & moris murmur conturbat impatientiæ, pa-
rum boni promittunt. Nec iis injuria fit, si speratâ mercede ex-
cidunt. Tu itaque, Clarissime Domine Magister, ut te Domi-
nus vineæ gratiosâ & vocatione, & remuneratione dignetur, in
tramite tum pietatis, tum alacritatis, quem laudabiliter calcas,
perpetim etiam perge, oculi, quo suam supremus Herus vineam
nullo non tempore contuetur, usque memor. *Et quidem ope-
rarius dolosus, ut incipiat non bene facere, oculos patris familias atten-
dit, ad illum aspicit, qui conduxit ad vineam, ut cum ille averterit ocn-
los, cesset & non bene operetur, cùm autem ille adverterit oculos, bene
operetur. Deus autem non avertit oculos. Non tibi licet dolosè agere.
Super te semper sunt oculi Patrisfamilias, quere, ubi illum fallas, & si
potes, cessa.* Hoc Augustini in ps: XCIII. monitum atque cal-
car. quod una cum calidissimo felicissimorum successuum voto
currenti addo, benigne accipe, ac pancreaticè Vale!

V Inea res tenera est, infirma, & plena laboris:
Quisquis es, hoc, cultor, te reputare decet.
Hoc cura, ne fit gracilis Vindemia CHRISTI,
Utque tuæ curæ præmia læta feras.

*Venerabili atque doctissimo DN. Mr. RESPONDENTI cum voto pro-
speritatis omnigena lmg. adposuit*

JO. CHRISTIAN, NEU, Hist. Eloq. Poët. P.P. Ord. Philos. h. t. Decan.

V Inea non homines Christi vult desidiosos:
Præmia, qui faciunt sed facienda, ferunt:
Hanc Tu defendis dum materiam, esse videmus
Te quoque solertem: hinc præmia digna feres.
M. Job. Friedr. Ammermüller. P. W.

N Eccarides Musæ gaudent divina loquentem;
Ipsi propterea suavia dona parant.
M. JAC. RUDOLPH, PEZOLD. P. C.
C 2 Gra-

Gratulor ex animo, dum pulpita scandis, Amice,
Præfide tam celebri differis atque Viro.
Pergito: nam tandem te præmia digna manebunt,
Exemptum vivis Cælica $\left\{ \begin{array}{l} \text{vita} \\ \text{drachma} \end{array} \right\}$ beet!

*Clarissimo Domino Respondenti, Amico atque Cognato
Suo Fidelis apposuit*

M. JOHANNES CHRISTOPHORUS GRUNINGERUS,
Pastor Wylensis ad Nicrum.

Dona Tibi cumulet semper benedictio Christi,
Eximium porro Te faciatque Decus.

M. DAVID MELCHIOR ROOS, Past. Husan.

So hör ich freuden-voll / daß nächstens Er / mein Freund!
Von Gottes Weinberg rech/ und was darinn erscheint:
So recht / der Herbst befehlts / ihm seine Ehr zu geben:
Nur wünsch ich süsse Frucht / im Lesen volle Neben.

*Zu schuldhaften Ehren/ wolte Seinem wertheften Herrn Vetter
dieses Wenige besprechen/ als Dessen vor diesem fünfjähriger
Informator domesticus, nun aber verbundenster Vetter*

M. Johann Conrad Krayl / SS. Theol. Stud.

Hoc grator specimen pulcrum, DEus annuat auso,
Nec non concedat præmia larga Tibi.

*Clarissimo Suo Cognato posuit Jena
CHRISTIANUS ROOS, Theol. Stud.*

Quid valeat meritum nostri quodcunque laboris,
Te pius Oeconomus, Papa superbe, docet.
Scilicet ante Deum nihil optima facta juvabunt,
Cum referat cæli gaudia sola fides.
Ergo fidem defende Tuam constanter, Amice,
Ut divina Tuum Gratia laudet opus:
Nam, quæ terra negat conductis præmia servis,
Reddet post mundi tempora diva Polus.

*Hac Clarissimo Suo Amnermüllero, de aequali mercede inæqualibus
Operariorum laboribus erogata, doctissime responjuro, in
sesseram perpetua & insuata sua Amicitia, subjungere
voluit Amicus ipsius singularis,*

M. JOH. LEONH. HILLER, SS. Th. St. Scr. Stip.

Fr. Eder

St. Maria

St. Michael

St. Nikolaus

St. Peter

St. Paulus

St. Sebastian

St. Valentin

St. Vitus

St. Wendelin

St. Zeno

St. Agatha

St. Barbara

St. Dorothea

St. Euphrosina

St. Genoveva

St. Margareta

St. Katherina

St. Lucia

St. Ursula

St. Verena

St. Apollonia

St. Katharina

St. Margareta

St. Barbara

I, A

